

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9479

Auteur(s) : Robert II, Meulan (comte)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1202, 14 juin

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert comte de Meulan confirme à sa demande la donation que sa sœur Isabelle de Mayenne a faite à l'abbaye de Savigny avec l'accord de ses quatre fils d'une rente annuelle de 60 livres angevines que son père lui avait donnée dans la prévôté de Pont-Audemer et d'un masuage.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 974, n° 943.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, diversis episcopatus, n° LXVI)

Texte d'après A

Universis tam presentibus quam futuris ad quos presens scriptum pervenerit Robertus comes Mellenti salutem. Noverint universitas vestra quod ego pro salute anime mee et pro animabus patris et matris mee et antecessorum et successorum meorum ad petitionem Isabel de Meduana dilecte sororis mee concessi et hac presenti carta me confirmavi donationem quam fecit predicta Isabel ecclesie sancte Trinitatis sancteque Marie de Savigneio et monachis ibidem Deo servientibus concedentibus filiis suis Juhello de Maduana, Mauricio, Petro et Amaurico de Creom scilicet sexaginta libras andegavensium annui redditus quos ei dedit pater meus in prepositura Pontis Audomari et masagium quod fuit Rogeri Borreche quietum omnino et liberum in ea libertate qua ipsum tenuit Gaufridus de Meduana quando duxit sororem meam in uxorem ; quod masagium tenet Ricardus Sagitta et tenebit tam ipse quam heres ipsius de domo Savigniensi ; volo autem et precipio ut quicumque fuerit in villa Pontis Audomari prepositus vel ad colligendam preposituram constitutus sine dilatione et absque omni occasione et contradictione predictum redditum illi quem abbas et monachi Savignienses ad hoc assignaverint integre et absque ulla diminutione in hunc modum persolvat scilicet XXV solidos andegavensium singulis ebdonadibus ; si autem predictus numerus XXV solidorum andegavensium in una aliqua ebdomadatum non potuerit impleri de primis denariis subsequenter recipiendis adimplebitur ; ut autem hec mea concessio et confirmatio perpetuam obtineat firmitatem, carta presenti volui annotari et sigilli mei munimine roborari, servato tenore carte sororis mee quam predicti monachi inde habent. Testibus hiis : Nicholao canonico de Cornevilla tunc temporis capellano meo,

Roberto de Tresgoz, Henrico de Ponte Audonari, Gervasio de Corciers et Hamelino fratre ejus et pluribus aliis.
Actum anno Verbi incarnati M^oCC^{mo} II^{do}. Datum apud Rothomagum quarto idus junii.